



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de Sacramentis in genere, de Baptismo, de Confirmatione, de
Eucharistia, de Pœnitentia, de Extrema-Vnctione, de Ordine & de
Matrimonio

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniae Agrippinae, 1671

Art. V. Vtrum Sacramentum Pœnitentiæ in re, vel saltem in voto, sit
medium necessarium ad delenda peccata post Baptismum commissa?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77185](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77185)

ARTICULUS V.

Utrum sacramentum Pœnitentiæ in re, vel saltem in voto, sit medium necessarium ad deleenda peccata post Baptismum commissæ.

§. I.

Quibusdam præmissis, duplici conclusione difficultas resolvitur.

74. **N**otandum primo, sacramentum poenitentiae, sicut & quodlibet aliud, duobus modis suscipi posse, in re scilicet & in voto. Suscipitur in re, quando quis reipsa confitetur peccata, & ab illis absolvitur. Suscipitur verò in voto ab eo qui cum reipsa non possit confiteri & absolvi, habet tamen desiderium confitendi.

75. Notandum secundò, duplex esse posse votum alicujus sacramenti; unum explicitum, quando scilicet aliquis directè & formaliter intendit ejus susceptionem, aliud implicitum, quando nimirum directè & formaliter non desiderat sacramentum, vult tamen aliquando in quo includitur votum sacramenti. His positis, pro resolutione questionis proponitur.

Dico primò, sacramentum poenitentiae, in re, vel in voto, necessarium esse necessitate mediæ, ad deleenda peccata post Baptismum commissæ.

76. Probatur primò ex SS. Patribus: Augustinus enim Epist. 18. ad Honoratum, loquens de imminente periculo mortis ex irruptione hostium, cum dixisset, ex tali circumstantia temporis, alios baptismum, alios reconciliationem seu poenitentiam flagitare, subjicit: *Ubi si ministri desint quantum exitum sequitur eos, qui de isto seculo vel non regenerati exeunt, vel ligati? Quantum est etiam luctus fidelium suorum, qui eos secum in vitam æternam requie non habebunt?* Et lib. 1. de adulterinis coniugiis cap. ultimo: *Qua autem baptismatis eadem reconciliationis est causa, si forte poenitentiam finienda vita periculum præoccupaverit, nec ipsos enim ex hac vita sine arrha sua pacis exire velle debet mater Ecclesia. Quibus locis aperte docet, quod ut baptismus est necessarius absolute hominibus, ita poenitentia est necessaria fidelibus, supposito quod post Baptismum prolapsi fuerint in peccatum mortale.*

77. Idem asserit Leo Papa Epist. 91. cap. 2. & 3. his verbis: *Multiplæ misericordia Dei, ita lapsibus subvenit humanis, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per poenitentiam medicinam, spes vite reparatur æterna, ut qui regenerationis donum violassent, proprio se iudicio condemnantes, ad remissionem criminum pervenirent, sic divina bonitatis præsidio ordinatis, ut indulgentia Dei, nisi supplicationibus Sacerdotum nequeat obtineri. Mediator enim Dei & hominum homo Christus Jesus, hanc Ecclesia præpositis tradidit potestatem, ut & consentientibus actionem poenitentiae darent, & eosdem salubri satisfactione purgatos, ad communionem sanctorum; per januam reconciliationis admitteret. Et postea: Si autem aliquis eorum pro quibus Domino supplicamus, quorumque interceptus obstaculo, à munere indulgentiae presentis exciderit, & priusquam ad constituta remedia perveniat, temporalem vitam, humanam conditionem finierit, quod manens in corpore non receperit, con-*

A sequi exutus carne non poterit. Nec necesse est eorum qui sic obierint merita altiusque diligere, cum Dominus Deus noster, cuius iudicia nequaquam comprehendimus, quod Sacerdotale ministerium impetrare non potuit, sua iustitia referre verum, ita poenitentiam suam timeri volens, ut hic terror omnibus proficiat, quod quibusdam repidis, aut negligentibus accidere nemo non metuat. Multum enim utile ac necessarium est, ut peccatorum reatus, ante ultimum sacramentum supplicatione solvantur.

B Probatur secundò ex Tridentino sess. 4. cap. 1. in fine, ubi ait, Sacramentum poenitentiae lapsum post Baptismum ad salutem necessarium, ut nemo regeneratus ipse Baptismus: Ergo sicut postquam Christo constitutum & promulgatum fuit, quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, Baptismus, vel in re, vel in voto, necessarius est, ad justificationem, juxta doctrinam ejusdem Concilii sess. 6. cap. 4. Sic ubi decretum & promulgatum fuit, Quam remiseritis peccata, remittuntur eis, & qui non retinueritis, retenta sunt, sacramentum poenitentiae, vel in re, vel in voto, necessarium est aditis baptizatis ad obtinendam remissionem peccatorum, quæ post baptismum committuntur, ita quod licet aliquando per contritionem deleatur extra usum sacramenti poenitentiae, non deleantur tamen sine voto illius, quod in ipsa contritione includitur, ut expressè declarat sess. 4. cap. 4. his verbis, Docet præterea, (Sacerdos) est contritionem hanc aliquando certam perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc sacramentum (poenitentiae) actum suscipiatur: ipsam nihilominus reconciliationem, ipsi contritionis, sine sacramenti voto, quod illa includitur, non esse adscribendam.

C Ex his probatè manet conclusio, peccata nimirum post Baptismum commissam non potest remitti, nisi per contritionem, vel per sacramentum poenitentiae; cum in lege nova nullum aliud constitutum, ad tollendum peccata Baptismum subsequencia: Atqui si peccata post Baptismum commissam remittuntur per sacramentum poenitentiae, remittuntur per ipsum in re susceptum, si vero deleantur per contritionem, remittuntur per sacramentum poenitentiae in voto susceptum, cum in ipsa contritione ut jam ex Tridentino videtur, includatur votum sacramenti poenitentiae: Ergo sacramentum poenitentiae, in re, vel in voto necessarium est ad deleenda peccata post Baptismum commissæ. Quod insinuat Martialis, per metaphoram clavium, sub qua potestatem remittendi aut retinendi peccata, D. Petro, ejusque successoribus concessa est. Sicut enim nullus ingreditur potest domum, quamdiu clausa fuerit janua, nisi clavis eam aperiat; ita etiam nemo à peccato lethali post Baptismum commissio potest absolvi, nisi per potestatem spiritualem remittendi peccata, Sacerdotibus concessam; subindeque nulli per sacramentum poenitentiae, in re, vel saltem in voto, susceptum.

E Quare, quo pacto votum sacramenti poenitentiae includatur in contritione de peccatis post Baptismum commissis?

Respondent primò aliqui, idè in contritione contineri votum sacramenti poenitentiae, quia per contritionem non remittitur peccatum, nisi sub conditione recipiendi sacramenti: ita ut remissionis pensia maneat, donec susceptum fuerit sacramentum.

Sed contra: Contritio est dispositio ultima ad gratiam, quam ex natura rei & necessitate comitatur gratia: Ergo cum gratia sit impossibilis cum peccato, saltem de lege ordinaria, contritio non expectat absolutionem Sacerdotis, ut remittat peccata. De quo fusiùs infra disputatione 3. art. 3.

81. Respondent secundò alii, idè in tali contritione includi votum sacramenti poenitentiae, quia contritio includit votum & propositum virtuale servandi omnia praecepta; unde cum exet praeceptum divinum de recipiendo sacramento poenitentiae à lapsis post Baptismum, consequenter contritio includit votum talis sacramenti.

Sed hæc etiam responsio insufficiens est, quia oportet explicare modum aliquem specialem quo contritio contineat votum sacramenti poenitentiae, quo non contineat votum aliorum sacramentorum: Sed hæc responsio id non explicat: Ergo &c. Major patet, quia aliàs peccatum non deberet dici magis remitti per votum poenitentiae, quam per votum alterius sacramenti. Minor verò probatur, quia non minus est praecepta aliorum sacramentorum susceptio, quam istius: Ergo si contritio ex eo tantum includit votum sacramenti poenitentiae, quod includit propositum servandi omnia praecepta, eodem modo includet votum sacramenti poenitentiae, quo continet votum aliorum sacramentorum.

82. Respondeo ergo, contritionem de peccatis Baptismi subsequenter, remittit ere illa peccata, in voto sacramenti poenitentiae, ex eo quod hoc sacramentum est institutum in remedium talium peccatorum; ex quo etiam fit, ut contritio illa, speciali modo contineat votum istius sacramenti, quo non continet alia.

83. Dico secundò, ad obtinendam remissionem peccati post baptismum commissi, non requiri necessarium votum explicitum sacramenti poenitentiae, sed sufficere implicitum.

Probat: Ad remissionem peccati mortalis post Baptismum commissi, sufficit vera contritio: Sed vera contritio potest esse sine voto explicito sacramenti poenitentiae, quamvis non absque implicito: Ergo & remissio peccati post Baptismum commissi. Major est certa, vera enim contritio, cum sit ultima dispositio ad gratiam justificantem, non est absque ea, subindeque nec absque remissione peccati. Minor verò probatur. Fieri potest ut homo in peccato existens, eliciat actum contritionis, & tamen tunc non cogitet de confessione sacramentali, vel ex oblivione, vel ex ignorantia invincibili, in quo casu non haberet votum explicitum sacramenti poenitentiae, sed duntaxat implicitum: Ergo vera contritio potest esse sine voto explicito sacramenti poenitentiae, quamvis absque implicito esse nequeat.

§. II.

Solvuntur objectiones.

84. Obijciens primò contra primam conclusionem: Sacramentum poenitentiae institutum est à Christo solum in favorem & utilitatem fidelium, & salutem animarum: Sed magis faveret utilitati fidelium, & saluti animarum, si fideles possent ad illud recurrere, si vellet, non tamen ad id tenerentur, uti fit in peccatis venialibus, quæ possumus, si volumus, subijcere clavibus Ecclesiae, non tamen tenemur, cum sint alia media

Tom. V.

ad illa expianda: Ergo videtur quod sacramentum poenitentiae, non est medium necessarium ad obtinendam remissionem peccatorum, quæ post Baptismum committimus.

Confirmatur: Nullum factum fuisset privilegium Ecclesiae per hoc sacramentum, sed potius arduum imposuimus ovis, si non possemus justificari, nisi per sacramentum poenitentiae; imò in lege Evangelica, arctior esset via salutis quam antea; quandoquidem absque susceptione sacramenti poenitentiae, vel voto ejus, justificari & salvari poterant homines ante Evangelium: At hæc videntur absurda: Ergo &c.

Ad objectionem respondeo, negando Majorem, non enim solum institutum est sacramentum poenitentiae in favorem fidelium, sed etiam & precipue in favorem honoris divini, ut nimirum per illud condigna fiat injuria Deo per peccatum illata vindicta & reparatio.

Ad confirmationem, nego etiam Majorem, nam magnum privilegium est, posse cum sola attritione in hoc sacramento justificari; multòque facilius est habere attritionem, & cum ea confiteri exterius, quam habere solum actum internum perfectæ contritionis, sine qua circumcisi in lege veteri, lapsi in peccatum mortale, salvari non poterant.

Obijciens secundò: Remissio peccati post Baptismum commissi, potest obtineri sine sacramento poenitentiae in re vel in voto: Ergo illud non est necessarium necessitate medij, ad delenda peccata post Baptismum commissi. Consequentia patet, Antecedens probatur. Martyrium cum sola attritione remittit peccatum mortale, & justificat ex opere operato non solum parvulos, sed etiam adultos, ut in Tractatu de Baptismo ostensum est: Ergo remissio peccati post Baptismum commissi, potest obtineri sine sacramento poenitentiae, in re, vel in voto.

Respondeo negando Antecedens, ad cujus probationem, concesso antecedente, nego Consequentiam; nam in ipso martyrio continetur implicitè votum sacramenti poenitentiae: Tum quia si per oriam liceat Martyri, vel peccata subijcere clavibus Ecclesiae, vel saltem contritionis actum elicere, ad id tenetur: Tum etiam, quia si subito ad martyrium rapiatur, aut inter dormiendum occidatur, etiam in eo casu, ratione attritionis antea elictæ, & voluntatis suscipiendi martyrium, censetur votum habere implicitum sacramenti poenitentiae, in attritione inclusum, licet non ita perfectè, sicut in contritione, quia attritio non est ita efficax.

Obijciens tertio: Non magis includitur in contritione votum implicitum sacramenti poenitentiae, quam sacramenti Eucharistiae, cum contritio non magis implicitè includat propositum servandi unum ex divinis mandatis, quam alia: At licet votum Eucharistiae in contritione implicitè includatur, Eucharistia in voto non dicitur necessaria necessitate medij ad obtinendam remissionem peccatorum quæ post Baptismum commissi: Ergo nec sacramentum poenitentiae in voto, ad id debet dici necessarium, necessitate medij.

Respondeo negando Majorem, ex eo enim quod sacramentum poenitentiae & non Eucharistiae est institutum ad remittenda peccata baptizatorum, specialiter includitur votum implicitum sacramenti poenitentiae, non autem Eucharistiae, in contritione de peccatis post Baptismum

X x

mum

num commissis: sicut in contritione de peccatis ante Baptismum commissis, continetur speciali quodammodo votum Baptismi, ob eandem rationem.

DISPUTATIO II.

De Pœnitentia ut virtute.

Ad questionem 85. D. Thoma.

DE virtute Pœnitentiæ differunt non solum Scholastici cum Magistro in 4. distinctione 14. & cum Divo Thoma hic questione 85. sed etiam plures ex SS. Patribus, inter quos præcipue sunt Tertullianus & Ambrosius, in libris quos de ea scripserunt, Cyprianus in sermone de lapsis, Chrysostomus duobus libris de compunctione cordis, & duodecim sermonibus de Pœnitentia, & apud Augustinum tomo 4. Auctor libri de vera & falsa pœnitentia. Quæ illi fusiore & eleganti stylo de hac virtute scripserunt, breviter & compendiosè expendemus, ejusque naturam, causas, & effectus explicabimus.

ARTICULUS PRIMUS.

An Pœnitentia sit virtus?

§. 1.

Hæreticorum error refellitur.

PRIUSquam propositam difficultatem resolvamus, & pœnitentiæ veram esse virtutem demonstramus, refellendus est error hæreticorum hujus temporis, pœnitentiæ nomine abutentium: cum enim omnia aspera fugiant, & mollia quæque se cœntur, pœnasque & satisfactiones pro peccatis commissis averfentur; consequenter docent, pœnitentiam, dolorem & detestationem peccatorum non importare, sed significare tantum propositum novæ vitæ inchoandæ, & simplicem resipiscentiæ & vitæ novitatem, doloris de peccatis, & pœnæ omnis expertem. Ita Lutherus, Beza, Erasmus, & Laurentius Valla, qui vocem *μετάνοια*, quæ in textu græco Bibliæ habetur, & significat pœnitentiam, vertunt *resipiscentiæ*, quæ solam propositi vel mentis emendationem significat.

Sed peccant manifestè contra Scripturam, contra Sanctos Patres, & contra optimos quosque latinitatis Auctores. Nam in primis Scriptura longè aliam nobis pœnitentiam describit, & commendat, quam mollem illam resipiscentiæ Lutheranorum: Job ultimo: *Idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & cinere*, Joel 2. *Convertimini ad me in toto corde vestro in jejunio, & fletu, & planctu, & scindite corda vestra*, &c. Matth. 21. *Si in Syro & Sidone facta fuissent virtutes, quæ facta sunt in te, olivi in cinere & cilicio, pœnitentiam egissent*. Item Genes. 6. ubi Deo pœnitentiam tribuitur, non tribuitur sine dolore, quasi ab eo separari non possit, salva vocis proprietate: *Pœnituit enim quod hominem fecisset, & saltus doloris cordis intrinsecus*, &c.

Demum qui illos Sanctorum clamores consi-

deraverit: *Laboravi in genitali meo, lacrimas meas noctes lectum meum, lacryma mea precum meum rigabo*, Psal. 6. *Recognabo tibi domine meos, in amaritudine animæ meæ*, Psal. 13. alios hujusmodi, facile intelliget, eos ex violenti quodam antea de vitæ odio, & lugubri peccatorum detestatione, movasse.

Secundo SS. Patres, conformiter ad Scripturam, pœnitentiam per dolorem, & alios ad id doli consentaneos, explicant. Gregorius libro 34. in Evangelia: *Pœnitentiam agere* (inquit) est *perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare*: Cyprianus serm. de lapsis: *Agere pœnitentiam plenam, dolentis & lamentantis animæ probare tristitiam*. Augustinus serm. 4. in eadem Domini, post initium: *Pœnitentiam certum facit, nisi odium peccati, & amor Dei; quod habentes, ut tibi amarum sapiat in animæ, quod de te dulce fuit in vita; & quod te prius abiecit in corpore, ipsum te cruciet in mente*. Et apud eundem Augustinum Auctor libri de vera & falsa pœnitentia cap. 7. *Pœnitentia* (inquit) *est quædam lenis vindicta, puniens in se quod doli commisit*.

Tertio ipsimet Auctores ethnici, pœnitentiam per dolorem & pœnæ deflectionem: Cicero enim in 4. Tusculana, prope finem, de Alexandro loquens, qui cum interemisset Chrysem filiarum suam, vix à se manus abstinuit, propter resipiscentiæ & dolorem: *Tanta enim* (inquit) *pœnitendi*. Et Orat. pro Celio: *Idcirco non tam acerbè feret, ut eum pœniteat*. Item Ovidius lib. de Ponto Eleg. 1.

Pœnitet, & si quid miserorum creditur ulli:

Pœnitet, & falsos torquet ipse metus.

Cumque sit exilium, magis est mihi culpæ dolor:

Estque pœnæ pœnam, quam meruisse meum.

Non vero metancæ (seu *μετάνοια*) sit propositi emendationem, vel mentis animæque emendationem, ut non etiam de detestatione ac dolore ad pœnæ & castigationem peccatorum includat: Basilii enim Orat. 3. de licetate, pœnitentiam Ninoitarum, quæ in cinere, lacu, & ignis fuit, ut dicitur Jonæ 3. *paradosis appellat*. Latinitus lib. 6. divinarum institutionum cap. 24. de metli *μετάνοια* latine reddat resipiscentiæ, & tamen bono sensu explicat: *Resipiscit quem cruci pœnitet, ac se ipsum castigat denotat, & quæ subinde ad rectius vivendum*. Idem apud Dionysium, pœnitentia in proprio Epigrammate loquitur.

Sum Dea quæ facti, non factique ego peccator:

Id est certum quæ peccatam commissa vel commissa fuerunt.

Nempe ut pœniteat, sit Metancæ vocat.

Quarto Concilium Tridentinum sess. 4. cap. 4. prædictum hæreticorum errorem, huiusmodi proferibit: *Declarat Sancta Synodus contrarium non solum cessationem à peccato, & suæ vitæ propositum & inchoationem, sed veterem odium continere, iuxta illud Ez. 18. 12. Proprie à vobis iniquitates vestras, in quibus prævaricati estis, & facite vobis cor novum.*

Demum idem error hoc discursu confutari potest: Impossibile est accedere ad terminum quem, nisi ræcedendo à termino à quo: unde cum accessus ad novam vitam, & recessus à peccato, fieri debeat per actus voluntatis, & in actibus voluntatis fuga seu recessus nihil aliud quam odium & detestatio, impossibile erit novam vitam bonam accedere, nisi à vitio & peccato